e-codices

dus est sps. cum dm patrem nouerit. quem sicut
scriptum e. quis potest nosse. nisi filius. Sed & scs
sps nouit. Quis ergo cum dicitur. uniuersitas cre
aturarum. non scs sps comprehenditur. Nunc ue
lim respondeant. Quid est in homine quod cogno
scat quę sunt hominis. Utique rationabile. quod
cęteris animę uirtutib; super eminet. quo prę
cipue. natura hominis aestimatur. Quid est
igitur. sps qui alta di nouit. per quem ds omnipo
tens reuelatur. Numquid plenitudine diuini
tatis inferior est. Qui eiusdem cum patre sub
stantię. etiam hoc exemplo probatur. Aut ali
quid ignorat. qui nouit consilia di. & misteria
eius ab initio abscondita. Quid est quod nesciat.
qui nouit omnia quę di sunt. Sps enim. etiam
alta di scrutatur. Ac ne putes quod scrutetur in
cognita. & ideo scrutetur. ut discat id quod igno
ret. ante premisit. quia reuelauit nobis ds per
spm suum. Simul ut disceres. quia nouit sps quę
nobis per ipsum spm reuelatur. In posterioribus
ait. Quis enim scit hominum quę hominis sunt.

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 128 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/csg/0102/128)